



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Petri Chrysologi Archiepiscopi Ravennatis, viri  
eruditissimi atque sanctissimi, Sermones In Evangelia De  
Dominicis & festis aliquot solemnioribus totius anni,  
insignes & peruetusti**

**Petrus <Chrysologus>**

**Lvgdvni, 1623**

Sermo I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50232)

DIVI PETRI CHRYSOLOGI  
Archiepiscopi Rauennatis de duobus  
filiis, Prodigo & Frugi.

Sermo I.

**H**O DIE nobis Dominus patrem cum filiis duobus vocavit & produxit in medium: ut immensum suæ pietatis indicium, sœuam Iudaicæ gétis inuidiam, redditum supplicem populi Christiani, pulcrā panderet per figuram: *Homo Lue. 15.* quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri: Pater da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et diuisit, inquit, illis substantiam. Quantum pius pater, tantum hæres impatiens: qui patris fatigatur ad vitâ; qui patris, quia tempus audire non potest, nititur auferre substantiam: hic ip'am prærogatiuā filij meruit non habere, qui ea quæ patris erant, noluit possidere cum patre. Sed quæramus quæ res filium rapuit hos ad ansus, ad petitionem tantam fiducia quæ leuarit. Quæ res: illa scilicet, qua cœlestem patrē sciebat nullo claudendum fine, concludendum tempore nullo, nulla mortis potestare soluendum. Et ideo cupit viuendi libertate gaudere, qui ditari noluerat facultatis decedentis. Denique illam fuisse huius petitionis offensam, genitoris largitas comprobauit. Et diuisit, inquit, illis substantiam. Petente vno, ambobus totam substantiam mox diuisit, vt scirent filij, quod ante tenebat pater, non fuisse avaritiæ, sed amoris: prouidentia, non inuidentia, non dedisse. Tenebat pater seruare substantiam filiis, nō negare, & manere ea pignoribus cupiens, non perire. Beati filij, quorum tota est in pa-

A tris

## 2 D. PETRI CHRYSOLOGI

tris charitate substantia. Beati quibus manet tota in obsequio patris, in patris cultura possessio. Cæterum facultates unitatē scindunt, fraternalitatem separant, cognationem spargunt, parentum perdunt & violant charitatem, sicut ex sequentibus elucescit. Pater, datus mihi portionem substantie, quæ me contingit. Et diuisit, inquit, illis substantiam. Et non post multos hos dies, congregatis omnibus adolescentior filius peregrè prosectorus est in regionem longinquam, & ibi dissipavit substantiam suam, vivendo luxurioso. Et posteaquam consumpsisset omnia, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere, & abiit, & adhæsit uni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suā, ut pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabant. Ecce quid facit cupiditas ad censem præcepit. Ecce quemadmodum sine patre census nudauit filium, non ditauit: census filium tulit è gremio patris, eiecit de domo, exemit patria, spoliauit fama, exiuit castitate. Quod vitæ, quod morum, quod pietatis, quod libertatis, quod est gloriæ, nil reliquit. Ciuem denique in peregrinū, filium in mercenarium, in egenum locupletem, liberum mutauit in seruum, iunxit poteris à patre piissimo quem seiunxit, ut seruiret cœnoso pecori, qui pietati sanctæ parete contempsit. Congregatis, inquit, omnibus adolescentior. Adolescentior iste plane nō ætate, sed censu: qui congregauit bona patris, & abiit longè plus mente, quam loco: ut dato, non accepto pretio misere se venderet seruituti. Sic mercator ad talem contractum peruenit, qui parentum debitum nescit soluere, qui vicem nescit reddibere generanti. Est penes patrem dulcis conditio, libera seruitus, absoluta custodia, timor lætus, blanda vltio, paupertas diues, secura possessio. Namque ad patrem labor respicit, fructus redundat in filios. Dissipauit, inquit, substantiam

stantiam suam. Quæ composita fuerant patre moderante, prodigente filio dissipantur: ut vel tarde sapiat patrem custodem, non incubatorem fuisse substantię. Viuendo luxuriose. Mortalis est ista vita; quia moritur virtutibus, qui vitiis viuit: sepelitur famæ, perit gloriæ, qui manet turpitudini: crescit infamiæ. Et postea-  
quum consumpsisset omnia, facta est famæ valida in regio-  
ne illa. Luxuriæ, ventri, galæ, famæ tortor apponitur:  
vt ibi vtrix pœna sœuiat, vbi pœnalis reatus exar-  
rat. Facta est famæ valida. Ad talem finem semper vo-  
racitas tendit, ad talem peruenit terminum fugien-  
da voluptatis effusio, Et ipse cœpit egere. Filium data  
facit egere substantia, quæ diuitem negata seruabat:  
ut penes se deficeret habendo qui penes patrē abun-  
dauerat, non habendo, Et adhæsit uni ciuium regioni il-  
lius, & misit illum in villam suam, vt paseret porcos. Sic  
intenit, qui se negat patri, qui se committit extraneo:  
vt sentiat se verum iudicem, qui fugit indulgentissi-  
mum promisorem. Affectionis desertor, pietatis re-  
fuga, deputatur porcis, porcis addicitur, porcorum  
traditur seruituti, porcorum pascua lotulenta per-  
currit, inquieti regis teritur & maculatur excursu,  
vt sentiat quām miserum sit, amarum quām  
sit, quietis paternæ beatitudinem perdidisse. Et cu-  
piebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci man-  
ducabant, & nemo illi dabant. Quām crudele ministeriū,  
quia neque conuinit porcis, qui viuit porcis. Miser,  
qui porcorum deficit, & esurit in saginam. Miser, qui  
squallentis cibi cupit, nec imperat qualitatem. His  
edocti, instructi talibus, maneamus in domo patris,  
matri in gremio perduremus, cognatorum constrin-  
gamur amplexibus, viscera nos paterna constringant,  
ne nos ad supradicta mala pertrahat adolescētiæ mi-  
seranda libertas. Sepiat nos paterna roterentia, matri

A 2

compo

D. PETRI CHRYSOLOGI

componat affectio, cognatorum custodiamur affectibus. Inter propinquorum lumina non valent delicta versari. Propinquorum quot oculi, tot lucernæ. Dies est aspectus matris, Sol patris rutilat in vultu. Vnde viuenti inter tot virtutum duces, criminum tenebræ propinquare non possunt. Sed mensa patris nos alit virtutis cibo, salutis epula, deliciis honi statis & gloriæ. Et quia latius nos de hac parabola cogit prolixa series lectionis, quis sit pater in donando facilis, facilius in recipiendo: quis sit frater fratris tristissimus in salute, quis sit adolescentior abscessu insipiens, sapientissimus in regressu: sequenti sermone votis communibus inquiremus.

*De eisdem, Sermo II.*

**L**uxutiosum filium, filium patris piissimi deserto-rem, quæ perculerint mala in tantum, ut fame tabidum porcorum dederit feruituti: superiore, quo valimus, sermone perstrinximus. Nunc eius redditum, nunc eius pœnitentiam, meliore iam voto, verbis lœtioribus prosequamur. *In se, inquit, reuersus dixit: Quanti mercenarij patris mei abundant panibus &c.* In se reuersus est, in se antè redit, ut rediret ad patrem, qui à se antè recesserat, cum recessit à patre. A se migrat, & ab homine totus transit in bestiam, paternæ pietatis

*Ecc. 15.* immemor gratiæ genitoris oblitus. *Quant i mercenarij patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo.* Fames reuocat, quem saturitas exularat: fames illi patrē dedit sapere, cui copia tulerat sentire genitorem. Et si tantum præstigit vel innita fames, probate quid volūtarium possit conferre ieinium. Oneratus venter ad vitia cor deponit, premit mentem, ne supernam valet sentire pietatem. Corpus, inquit, quod corruptitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum

Sap. 9.